



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

Thomas <von Kempen>

Dvaci, 1625

De increpationæ trepidæ Mariæ. VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45790)

Gen. 27.

quod manducent: & tu subuenis necessitatibus eorū, apponēdo ea quæ Dominus concessit infirmitati corporis humani. Attende, quid Isaac patriarcha dixerit Esau filio suo: *Tolle (inquit) arma tua pharetram, arcum tuum. Cumq; venatu aliquid apprehenderit, fac mihi inde pulmentum, ut comedam, & benedicat tibi anima mea.* Similiter benedicet te, ô Martha, quicumq; recreatus fuerit cibo & potu in nomine Christi per ministerium tuum: nec erit tantū benedictio tua temporalis quædam retributio, sed potius æternę hæreditatis firma perceptio.

§. 6. Admonitio Mariae.

Alloquenda est iterū soror Marthæ Maria, vt domi sedeat ac meditetur vt columba verba caelestia. Tanto affectu quæ pœterna sunt cogita felix Maria, tam suauigustu sapiant tibi interiora bona, vt minū cures exteriorem indigentiam. Minime quoque contristeris, si datur quandoque minus, si sapiat minus, si præparetur tardiū, si quid aliud defectuosum fuerit in Marthæ manibus. Non enim parum ipsa edificatur, quòd tam sufficiens videaris in necessitate: nec erit ei alio tempore onerosum meliorare, cum Dominus donauerit, considerata patientia tua in tempore, quo non potest. Quanto tu fueris patientior, benignior, & quietior: tanto sorori tuæ fit omnis labor leuior, & occupatio tolerabilior. Considerat namque fructum spiritualis incrementi ex te, & consolatur non modicum in suo opere, quia tu pascaris spiritu magis quàm carne. Ipsa etiā gaudet coram Deo, quòd tam facili contentaris ministerio, ne grauetur super modum: sed parcis labori eius, ac vacandi orandique indulges largius tempus. Satis reprehensibile esset, vt cum quietis iter ambulare deberes, molesta fias etiam laboranti.

§. 7. Increpatio tepidæ Mariae.

Maria etfi
Christo vi-
cina, tamē
alicubi re-
prehensibi-
lis.

In omnibus exhibe te mitem, patientem, deuotā, terrena non curantem: sed Deo vnitam, & eius contemplationi crebrò intendentem. Alioquin quomodo locum implet Mariæ, si non inuigilas quieti & custodiæ tui? Aut non æstimas esse onus grauis iudicij, habere tantum prouidentiam in temporalibus, & minus vacare studiis spiritualibus. Time, ne auferatur pars tua à te propter ingratitude tuam, & detur sorori tuæ facienti fructus bonos. Quæ huiusmodi est, non dignè fungitur sancto otio Mariæ; sed expelletur ab omni mox spirituali dulcedine, ex iusta ratione. Sed mirū fortè videtur, quomodo aliquid reprehensibile de Maria sentiri possit, quæ à Christo laudari cognoscitur. Hic sciendum est, quòd multi in loco sanctorum stant;

stant, qui tamen conuersatione sua multum à sanctis distant. Multi etiam nomen religionis habent, qui tamen adhuc seculari vita torpent. Multi foris quiescunt ab occupationibus ex officio commissis, qui nondum tamen conquiescunt ab exter- narum rerum concupiscentiis. Ex quadam enim infirmitate spi- ritualis feruoris prouenit, quòd plures in quiete videntur posi- ti: nec tamen ut dignum est, sibi vacare nituntur. Ideo (ut factum est) in loco Mariæ huiusmodi sectatores negligentiæ redarguun- tur tanquam ab igne diuini amoris alienati, & in deuotione tam remissi. Sed quæ vera est Maria, sectatur semper Iesu vesti- gia, & dicit cum sponsa: *Sub umbra illius, quem desiderauit anima mea, sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* Hæc pauca de ministe- rio Marthæ & orio Mariæ, si considerata seruentur sollicitè, fiet ut post præsentis labores, reddatur nobis fructus dilectionis, cum corona iustitiæ Amen.

Cant. 8.

CAPVT TERTIVM.

ARGVMENTA HVIVS CAPITIS.

DE commendatione Marthæ, & fidelis dispensatoris.	§. I.
De profunda abnegatione sui.	II.
Declaratio literalis illius Cant. <i>Introduxit me rex in cellaria sua.</i>	III.
Qualiter te ipsum consolaberis in Christo.	IV.
Dua interrogationes fiunt.	V.
De spiritali intellectu, super eodem verbo.	VI.
De aspiratione ad celestia.	VII.
De spiritali esu & potu, de cellariis Christi.	VIII.
De hilaritate vultus & promptitudine, ad externa opera charitatis, post gustum diuina suauitatis.	IX.
Quis sit aptus diuinis colloquiis.	X.

§. I. De commendatione Marthæ, & fidelis dispensatoris.

INueni adhuc aliquid suauis in scripturis sanctis, quod te (o Martha) delectet in officio tuo. Tunc enim opera nostra leuio- ra fiunt nobis & dulciora, si confirmationem trahant ex eloquiis sanctis, atque imitationem demonstrent iustorum præcedentium ex- emplis. Vilescere possent fortè opera pietatis apud non intelli- gentes virtutum merita, nisi forent à beatissimis hominibus ma- gna cum deuotione continuata. Magnus quoque honor est; & nullius erubescentiæ locus: quando pro caelesti regno sponte quis se humiliat & seruum facit, exemplo Iesu Christi & sancto- rum eius incitatus. Dicit enim in Canticis sponsa, figuratè osten-

Labor no-
bis leuior
collatus
cum exem-
plis anti-
quorum
ex sacris
litteris.